



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 154. Pontificatus initia, nec non annus sacer.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

quæ erant relicta Cardinalis Ravenna-
 tensis spolia, adjudicari jussit: Madrutio
 autem decem aureorum millia Came-
 ræ Apostolicæ ærario debita condona-
 vit, ut resarcire posset expensas, quas
 durante Concilio Tridenti in Episco-
 pali sua urbe fecerat: nec his conten-
 tus novus Pontifex, insuper eidem ple-
 nam concessit oblivionem omnium in-
 juriarum, quibus ipsum tanquam primum
 Pontificis Legatum Madrutius toto Sy-
 nodi tempore affecerat.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1549.

§. CLIV.

*Pontificatus initia, necnon Annus
 sacer.*

Eligebatur novus Pontifex die octa-
 va Februarii, postquam Sacra Se-
 des duos menses, decemque dies va-
 caverat. Postea Julius III. comitanti-
 bus eum quadraginta duobus Cardina-
 libus ad Basilicam D. Petri concessit,
 atque in Sacello D. Andreæ Pontifi-
 cio habitu insignis altera jam vice a
 Cardinalibus debitæ submissionis obse-
 quium recepit, atque inde ad Altare
 majus procedens, ibidem rem divinam
 Pontificali ritu peregit, Cardinalis vero
 Cornelius Evangelium, ac Cibo Lita-
 nias decantabat. Decimo quarto de-

Ciaccon l. 1. c.

p. 744.

Sleid. comm.

lib. 21 p. 774.

Duchefne

hist. des Pa-

res p. 407.

Belcar.

comm. l. 25.

n. 25.

H 4 mum

Sæc. XVI.
A C. 1549.

mum post electionem die, seu vigesima secunda Februarii ab eodem Cardinale Cibo ex Cardinalibus Diaconis primo Tiaram ante Ecclesiæ Vaticanæ fores accepit, ac biduo post vigesima quarta ejusdem Mensis divo Matthiæ Sacra Anno sacro, seu Jubilæo initium fecit, sanctamque Portam aperuit, concurrente pene innumero populo, ac exteris, qui jam per integrum bimestre sacrum hunc ritum celebrari præstolabantur. Hæc Anni sacri festivitas ultra decem Menses perdurabat, intra quod temporis spatium a maximo peregrinantium numero præcipua Romanæ Urbis templa religiose frequentabantur. Ceterum ipse summus Pontifex non nisi D. Petri portam, ceteras vero S. Pauli, S. Joannis, & S. Mariæ Majoris aperiebant Cardinales Archipresbyteri, vel Protectores illarum Ecclesiarum, quas fideles pro obtinenda peccatorum venia obire jubebantur. Insuper neo-electus Pontifex præcepit, ut solitæ ejusmodi veniæ hisce Ecclesiis æque, ac ceteris Romanæ Urbis templis concessæ pristinam suam virtutem conservarent, econtra vero indulgentiæ extra Romam per univèrsam Orbem Christianum aliis Ecclesiis datæ suspenderentur, exceptis illis, quas Socie-

Societatis Jesu Patres recens impetra-
verant. Sæcul. XVI.
A.C. 1549.

§. CLV.

Indoles Pontificis neo - electi.

Ceterum novus hic Pontifex Joannes Ciacon. l. c.
Maria Giocchi Romæ in regione Onuphr. in
Pariona mediocri admodum gene- Julium III.
re (*) in Etruriæ oppido Montis S. Sa-
bini Diœcesis Aretinæ natus est, atque
a natalis hujus loci nomine ejus Pa-
truus Antonius, qui a Julio II. Cardi-
nalitia dignitate Anno Christi millesimo
quingentesimo undecimo decoratus fue-
rat, Cardinalis de Monte appellari vo-
luit, quod idem nomen etiam Joannes
Maria adoptavit, isque Vir erat animo
intrepidus, & constans, ac nulla un-
quam difficultate fractus, hinc quoque
prima, quæ ei committebantur, munia
cum ingenti nominis sui fama explebat,
cum voluptatibus parum, totum vero
sefe laboribus dicaret. Postea Triden-
Apo-

(*) Ciaconius refert, illum natum ex Pa-
tre Vincentio Jurisconsulto egregio, & Matre
generis nobilitate illustri.